



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

VIII. Vt nullus presbyter plures ecclesias habere praesumat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

pe altare, vbi corpus Domini & sanguis conficitur, ANNO  
CHRISTI  
nullatenus habeat licentiam sepeliendi.

## VII.

Iuo part. 5.  
cap. 208.

Can. 2.

Omnibus ministris ecclesiasticæ dignitatis interdicimus, vt nullus, quocumque munere aut fauore corruptus, clericum alterius parochiæ latenter aut furtive ad ordinationem subintroducere præsumat. Quod si fecerit, iuxta Calchedonense decretum, is qui ordinatus est, donum sancti Spiritus, quod furari conatus est, amittat: & qui mediator extitit, si clericus est, proprio gradu decidat, si laicus aut monachus, anathematizetur.

## VIII.

Iuo part. 3.  
cap. 51.

Sicut enim episcopus non plus potest habere, quam vnam ciuitatem, & vir vnam vxorem, ita presbyter vnam tantum ecclesiam. Itaque nullus presbyter plures præsumat habere ecclesias: nisi forte alias presbyteros sub se in vnaquaque habeat, qui nocturnum atque diuturnum officium solenniter adimpleant, & Missarum celebrationes quotidianis expleant ceremoniis.

## IX.

Vt de oblationibus, quæ offeruntur a populo, & consecrationi supersunt, vel de panibus, quos offerunt fideles ad ecclesiam, vel certe de suis, presbyter conuenienter partes incisas habeat in vase nitido, vt post Missarum solennia, qui communicare non fuerunt rati, eulogias omni die dominico, & in diebus festis exinde accipiant, & illa, vnde eulogias presbyter daturus est, ante in  
hæc